









1765.

- 1<sup>a</sup> = Chlaenius, Ernestus Martinus: De fiduciis communioribus  
causa constitucionaliter concepta relieto. 2 exempl.
2. Chlaenius, Ernestus Martinus: De archivis
3. Chlaenius, Ernestus Martinus: De spulis
4. Chlaenius, Ernestus Martinus: De magistratibus
5. Fischer, Fridericus Augustus: De jure causarum et iuramentorum  
cerebrorum
6. Hanacius, Christianus. Ord. far. ... Decanus: lectori  
benevolo s. d. p. (ad disputationem in agn. Christianum Gall.  
lectri Hommelii iuratis)
7. Hanacius, Christ: De prefectaris eamque origine  
in Germania.
8. Traunius, Georgius Fredericus: De jure in arbores et ratis  
in urbem prominentes aere.
9. Pauli, Martinus Gallieb: Ord. iuridici. -- Decanus,  
lectori benevolo s. p. s. (ad disputationem inauguralem  
drectri Adleri iuratis.)

10. Pauli, Martinus Galliis: Ordines juri dicitur . . . Decanus  
lectori benevolo s.p. I. (ad populacionem inaugaralem  
Bachini' Gulielmi Weikmanni iustitiae)
11. Pauli, Martinus Galliis: Ord. juri dicitur . . . Decanus .  
lectori benevolo s.p. I (ad populacionem inaugaralem  
Christiani' Gulielmi Bergmanni iustitiae)
12. Pauli, Martinus Galliis: Dissertationis inaugaralis juri dicitur,  
qua Lusatiam hibernam tamquam originem quam  
prowr. jura Saxonum esse coloniam assertus.
13. Schellitz, Doctor Christianus Lator: (De remedio reversionis  
ex legibus imperio et praei camerali)
14. Tiberius, Iosephus David: Tractus de thermometro aereo
15. Weikmann, Iacobus Gulielmus: Dissertationis juris publici,  
qua civitas Brandenburgia neque olim et regni Germanici  
fuisse, neque hodie in imperio Romano Germanico  
ex protestate, ejusque formulae contineri ostenditur.
16. Norimbergianus, Iacobus Fridericus: De prece Hassiana ejusque  
in liturgia ex.

1<sup>a</sup> Hase - Knechtbeck.

1766.

1. Hommelius, Christianus Gottlieb: De jure et obliga-  
tionibus praefectorum in Saxonia

2. Krausius, Georgius Fredericus: De lege communioria

3. Krausius, Georgius Fredericus: De literarum obligationibus.  
et una numerata pecuniae exceptione

4. Krausius, Georgius Fredericus: De poena decreti Viri Marci  
eiusque ambiguo in Saxonia usq.

5. Langguth, Georgius Augustus, Rektor oec. V. Leipzigeris:  
I. p. I. et ad sacra Chorali transplantis postularia  
celebranda instat.

5. Weinckmann

6. Wiesand, Georg Nepomuk: De iure Germanico melius  
proficiens.



EX DOCTRINA  
DE  
**M A G I S T R A T I B V S.**  
CAPITA QVAEDAM SELECTA

PRAESIDE  
**E R N E S T O M A R T I N O**  
**C H L A D E N I O D**

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE  
A CONSILIIS AVLAE ATQVE IVSTITIAE, DECRETALIVM  
PROFESSORE PUBLICO, FACVLTATIS IVRIDICAE  
ORDINARIO EIVSDEM QVE SENIORE  
CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE  
CVRIA PROVINCIALIS ET SCABINATVS  
ASSESSORE

D. XXIII. SEPT. A. R. S. C<sup>I</sup>O I<sup>I</sup>O CCLXV

**I N A U D I T O R I O M A I O R I**

PVBlice VENTILANDA

PROPONIT

**IOANNES CHRIST. GOTTLIEB WEBERV**  
SENFTENBERGENSIS

VITEMBERGAE  
EX OFFICINA GERDESIANA.

22.11.1722  
MAGISTERIA  
CATHERINAE BEATAE MARIE  
THERESA DE  
ERIGESTO MARTINO  
CHIARDINO D  
SERMONIS DE LINNÆI TEGRIZATATE  
AC CHIARDINI AVGUSTINIANI DECETUM  
TYPICORUM TECO TECNITATIS IANNDICE  
ORDINARIIS ETASUEROE RINDO ET  
CONVENTORI FORTUITA ET THERETRA  
CATHARINAE ROMINIAE ET CIVITATIS  
ASSASSORIA  
V. 1722. 11. 22.  
V. 1722. 11. 22.



DE  
MAGISTRATIBVS.

I

MAGISTRATVS, si IUSTINIANVM andias, est LEX ANIMATA, Nov. 105. c. 2. et, TULLII iudicio, LEX IOQVENS, Libr. 3. de Legibus cap. 2. Vtraque appellatio officium magistratus, licet in compendio, perfecte tamen exprimit. Simul illa spectat ad laudem et commendationem magistratum, manifestumque facit indicium, tum reverentia dignam, tum etiam malis tremendam esse eorundem auctoritatem.

II

SANCTAM esse personam magistratus, dicunt. Neque sine fundamento. Quo enim sensu POMPONIVS in *L. fiz. D. de Legot.* sanctos haberi legatos, et ULPIANVS in *L. 9. D. de Obsequ. par. et patr. praef.* sanctam uideri personam patris ac patroni, dicunt, eodem sancta dici potest persona magistratus. Accurate enim id agunt leges, ut illam INVIOOLABILEM praestent.

\* 2

stent. Hinc omnis iniuria, magistratui illata, pro atroci habetur, et grauiori poena est expianda. *L. 7. s. 7. D. de Injur.*  
*Conf. Const. Elect. Sax. 43. Part. IV.* et **EDICTVM Wider die Selbstrache s. 3. in fine.** Imo magistratus iniuriam, sibi illatam, ipse vindicare potest. *L. un. pr. D. si quis ius dic. non obtemp.* *Cap. I. de poenis in 6.* *LEYSER Medit. ad Pand. Spec. 68. med. 6.* *LYNCKER Centur. II. De iis. 185.*

## III

AN uero magistratus in PROPRIA CAVSA iudex esse potest? Intercedunt **VLPIANVS** in *L. 17. D. de Iudic.* et Imperatores in *L. un. C. ne quis in sua causa iud.* Nihilo secius tamen admittendum est, eum subinde iudicem esse posse in causa, ad ipsum spectante. Videlicet si sit causa demandati muneris, quae, obseruante **HERTIO** in *Diff. de uno homine plures personas sustinente Sect. 2. s. 11. in Opusc. Tom. 3. pag. 53.* inter causas PROPRIAS non est referenda. Potest igitur auctoritatem sui muneris a contentu vindicare. Potest subditos, minus obedientes, ad obsequium exhibendum mulctis cogere. Potest etiam, si partes de competencia fori coram ipso disceptent, de iurisdictione sua cognoscere, seque competentem pronunciare. *L. 5. D. de Iudic.* et *L. 2. pr. D. si quis in ius voc.* ad quam legem **CVIACIVS** *Tom. 2. Op. Postb.* obseruat, omnem magistratum, qui se competentem pronunciat, non sibi, seu rei sue familiari, ius dicere, uerum potestatem concessam tueri, eumque id facere non solum posse, sed etiam debere.

## IV



V

## IV

MAGISTRATVS, licet publicam personam sustineat, interdum tamen pro PRIVATO habetur. Hoc fit, si per iniuriam quid fecerit, quod ad officium eius non pertinet. L. 170. D. de R. I. L. 32. D. de Injur. Conf. BRVNNEMANVS ad Tit. Cod. de Commeatu summ. 6. Item, si extra limites suae iurisdictionis quid agat, a. L. ult. D. de Iurisd. unde ICTI HALLENSES, teste IO. PETR. DE LVDEWIG Vol. I. Lib. I. Consil. 137. n. 15. responderunt: Weil dieses Haus außer des Raths Jurisdiction gelegen, und also der Rath extra limites suae jurisdictionis nicht mehr pro magistratu, sondern pro priuato, zu achten und solchergestalt uis aedibus alienis illata per se iniuria ist = so ist derselbe daher actionem iniuriarum contra Senatum anzustellen wohl befugt.

## V

ARVD Romanos a Magistratis discernebantur POTESTATES. MAGISTRATVS in urbe ipsa, POTESTATES extra urbem eiusque fines ius regendi iubendique habebant. Testis huius discriminis est VEPIANVS in L. 3. f. 1. D. de rebus eor. qui sub tut. cum ait: *Pignori capi, iussu magistratus, vel praeisdis, vel ALTERIVS POTESTATIS, et distrabi fundus pupillaris potest.* Et clariss SVENTONIVS in Claud. cap. 23. *Iurisdictionem de fideicommissis, quotannis et tantum IN VREE delegari MAGISTRATIBVS solitam, in perpetuum atque etiam PER PROVINCIAS POTESTATIBVS delegari.* Sed non semper sibi consti-

\* 3 tit



tit hoc discrimen. Saepius enim potestas pro magistratu ponitur tum in Legibus, tum etiam a rerum Romanarum Scriptoribus. Certe ad illam differentiam non respexit videtur CAROLVS SIGONIVS, cum in *Libro de Antiquo Iure Provinc.* Lib. 3. cap. 5. scripsit: *Magistratus voco POTESTATES OMNES eorum, qui res humanas, quae quidem ad rem publicam pertinent, publica auctoritate curarunt.* Quo sensu, medio aeuo, dictae fuerint potestates, copiose recenset DV FRESNE in *Glossar. med. et inf. Lat. voce: POTESTAS.*

## VI

DIGNA bono principe uox est, magistratus et potestates non esse debere uenales. Inter laudes Imperatoris ALEXANDRI SEVERI hoc praeferit commeniorat LAMPERTI DIVS cap. 49. eum honores iuris gladii manquam uendi passum esse, dicentem: *Necesse est, ut, qui emat, vendat. Ego non patiar MERCATORES POTESTATVM, quos, si patiar, (aut, ut SALMASIVS legit, si parient) dominare non possum.* Erubefeo enim, punire illum hominem, qui emit et vendit. Eodem nomine laudandi sunt Imperatores THEODOSIVS et VALENTINIANVS, qui in L. 6. C. ad L. Iul. repetund. grauiter fanciunt, eiusmodi uiros ad prouincias regendas debere accedere, qui ad honoris insignia non AMBITIONE vel PRETIO, sed PROBATAE VITAE TESTIMONIO, solent promoueri, eosdemque adstringendos esse iuramento, se pro administrationibus fortiendis vero dedisse quidpiam, nec daturos unquam postmodum fore. Tum etiam IVSTINIANVS, nunc hac, nunc illa,

illa, constitutione sua, nundinationem magistratum ferio interdixit. Conf. Nov. VIII. princ. et cap. I. Nov. 17. cap. I. et Nov. CLXI. cap. I. Sunt tamen, quibus mercatura magistratum minus suspecta uisa est. Contra hos disputat GERHARDVS in *Diff. de Comitibus*, quae LVNIGII *Theſ. Iur. Comitum Part. 2. p. 281. sequ.* inserta est.

## VII

HABET aliquid difficultatis lex SOLONIS: ἀεξας ἀπόστολος ὥσπερ ἐίσιν τοῖς ἐυπάρεγοις δέονται. Recenset illam PARDULPHVS PRATEIVS in *Iurisprud. Veteri*, in EVER. OTTONIS *Theſ. Iur. Rom. Tom. IV. pag. 421.* addito hoc elogio: *Optima ratione cavit Solon, magistratum dignitates et praefecturas Dei utib[us] concedi debere.* Certe, si legis mens est, quam PRATEIVS esse iudicat, merito dubitatur, an sapienter hoc instituerit SOLON, ut ex diuitiis, non ex uirtute et meritis, aestimetur, quis dignus sit, rei publicae gubernaculis admoueri. Sed aliam suisse SOLONIS mentem, eundemque VIRTUTI uiam ad honores et dignitates praecludere noluisse, uel ex ipsa lege colligi potest.

## VIII

IN decisione causarum, quae contra magistratum agitantur, merito id praescritum cauetur, ut eius honoris et auctoritati, quantum fieri potest, parcatur. Hinc, si de abusu iurisdictionis, uel de defectu solemnitatum, uel de fide magistratus, agatur, nili de contrario euidenter constet, obtinet PRAE-

SVMTIO



SUMMATIO, recte, et eo, quo debet, ordine eum omnia pere-  
gisse, cap. 16. in fine X. de Sentent. et re iudic. L. 2. C. de offic.  
civil. iud. ibi: quod non arbitramur. Sic Consistorium Eccle-  
siasticum Vitembergense Senatui cuidam interroganti, testa  
HORNIO Class. I. Respons. 32. respondit: Dieweil vor die Herren,  
welche auf schweren Pflichten sitzen, die Präsumption, daß sie bey  
dem Tax kein priuat Interesse suchen, sondern selbigen dergestalt  
einrichten, daß Verkäufer und Käufer dabey bestehen können, so  
lange militiret, bis von denen, so ein widriges vorgegeben, ein  
andres erwiesen worden. So erscheinet ic. In hanc senten-  
tiam conspirant WILDOGELIVS Respons. 30. num. 5.

et MEVIVS Consil. 65. num. 64.



Wittenberg, Diss., 1765-66  
X 22842 94

ULB Halle  
007 439 563

3



v318



**Farbkarte #13**

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Inches  
Centimetres



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

X DOCTRINA  
DE  
S T R A T I B V S 4  
P R A E S I D E  
T O M A R T I N O  
A D E N I O D  
INCIPI ELECTORI SAXONIAE  
ATQVE IVSTITIAE, DECRETALIVM  
ICO, FACVLTATIS IVRIDICAE  
EIVS DEM QVE SENIGRE  
ECCLESIASTICI DIRECTORE  
VINCIALIS ET SCABINATVS  
S S E S S O R E  
E.P.T. A. R. S. cI C C L X V  
DITORIO MAIORI  
ICE VENTILANDA  
PROPONIT  
ST. GOTTLIEB WEBERV  
IFFTENBERGENSIS  
VITEMBERGAE  
ACINA GERDESIANA.